

ARTICVL,
ET POSITIONES

In causa Canonizationis Serui Dei

POMPEI DONATI

Sacerdotis Congregationis
Oratorij Neapolitani.



NEAPOLI , Typis Iacobi Gaffari. 1644.

Superiorum Licentia.

17926

ARGENTINA
ET POSITIONES
17926
IN CAVES COMMUNICANTIBUS SEQUITUR
POMPONIATI
SECRETORIS CONVENTUS
OMNI MESPONITUR



NEAPOLI · TABIS JACOPI GASTALDI · 1644 ·
Sedulius Tiberius

ARTICVLI, ET POSITIONES IN CAVSA Canaizationis serui Dei Pompei Donati .³

PRO verificatione excellentiae Fidei, Sanctitatis vitæ , atq; heroicarum actionū , & virtutum serui Dei Pompei Donati Congregationis Oratorij, nec non miraculorum , eius intercessione à D. O. M. patratorum , Procurator in dicta causa nomine , & pro parte dictæ Congregationis facit , dat , exhibet , & producit articulos infrascriptos , ad quos probandum se tanquam principalem omnino admitti , & super eis teles examinari , tam in Curia Archiepiscopali Neapolitana , quā alibi vbi cūq; opus fuerit , petit , & instat , nec tamen se adstringens ad aliquam superfluam probationem , de quo expresse se protestatur , &c. isto , & omni alio meliori modo , &c. salvo iure , &c.

1 In primis Procurator prædictus , eodem quo supra nomine , repetit hic , & reproducit , ac pro repetitis , ac reproductis haberi vult omnia , & singula instrumenta , processus , iura , testium depositiones , scripturas tam publicas , quam priuatas , Litteras , Historias , Memorias , Monumēta quæcunque in hac causa quomodolibet facta , & producta , factas , & productas manifestā , & notoriā sanctitatem supradicti serui Dei Pompei Donati probantia , ac probantes , quatenus tamen pro se & in partibus tantum sibi favorabilibus , & non aliter , nec alio modo , &c. de quo expresse se protestatur , &c.

2 Ex quibus omnibus sic repetitis , & reproductis , & in unum congestis , quamvis sibi persuaſum habeat clarissime constare de fundamento intentionis suæ , & sua partis principalis ; tamen ad maiorem cautelam , & quatenus de prædictis non constaret , articulat , ponit , & probare vult , & intendit , quod à decem , quinquaginta , centum , & ultra annis , & à tempore cuius initij hominum memoria nō extat in Regno Neapolis in Provincia Capania sub Diocesi Auersana fuit , & de præsenti existit Terra Sancti Antimi Catholicis , pijs , honestis , & Deum timentibus habitatoribus referta , & in ea semper viguit , & nunc viget fides catholica , & obedientia erga S. R. E. eiusq; Summum Pontificem , & dicta Terra , & eius homines ab omnibus pro talibus cōmuniter semper habiti , tenti , & reputati fuerunt , & habentur , tenentur , & repūtantur , & de his omnibus fuit , & erat , & est publica vox , & fama .

3 Item ponit, & probare intendit quod in dicta Terra ex parentibus valde honestis, atque admodum pijs Ioanne Donato, & Antonia Martorella, legitimo matrimonio iunctis natus est dictus seruus Dei Pompeius Donatus die 5. Augusti anni 1659. & in baptismo appellatus fuit Pompeius, qui cum adhuc infans a nutrice in vlnis portaretur, quidam in eum fixe intuens, dixit nutrici, Curam istius habe, futurus est enim magnus vir, quod ipse postea saepius repetes, aliquando præ humilitate gemebat, dolebatq; non esse talem, qualis prædictus fuerat, & aliquando considerans altissimam Sacerdotij dignitatem, ad quam electus erat, assertebat, hoc illum voluisse intelligere, se s. futuru Sacerdotem, quod fuit, & est verum, &c.

4 Item ponit, & probare intendit, quod dictus Pompeius a parentibus suis in Christiana Religione, ac virtutibus omnibus summo studio edoctus, atque educatus, non obscura dedit futurae sanctitatis indicia, nam adhuc puerulus deuotioni, aljsq; pijs exercitationib; deditus erat, unde saep altariola costruebat, cadelas accē, debat, & Litanias cantabat. Adultus postea factus, humanis litteris operam dedit, quibus breui instructus, Neapolim a parentibus studiorum causa missus fuit, ubi cum Iuris prudentia, aljsq; liberalibus artibus, quibus operam nauabat, deuotionem, Sacramentorum frequentiam, ceteraque spiritualia exercitia coniungens, ab omnibus vir pius, & doctus habebatur, tandem Doctoratus Laurea insignitus anno etatis sua 29. Congregationem Oratorij ingressus est annum agens 36.

DE VIRTUTIBVS.

5 Item ponit, & probare intendit quod 80. annis, hoc est ab fineunte etate, vsq; ad extreum vitæ spiritum sanctissime vixit, & virtutum omnium splendore mirabiliter enituit, & de his omnibus fuit, & erat, & est publica vox, & fama, &c.

DE FIDE.

6 Item ponit quod dictus seruus Dei Pompeius in virtute fidei mirifice enituit; nam præter utrumque ius, Canonicum, & Ciuale, cui specialiter operam dedit, & quo imbutus fuerat, etiam

1 De rebus fidei optimè sentiebat, de illisq; erat apprime instruens, & in factis paginis, sanctisque Patrias non mediocriter versatus.

2 Quando recitabat Symbolum Apostolorum, & S. Athanasij non solù ea maiori, qua poterat deuotione, & attentione pronunciabat, verū et̄ conabatur continue elicere actus fidei, proponebatq; firmiter in corde suo, potius vitæ, quam quid minimi circa res fidei iacturam facere.

3 Specialiter se exercebat in fide erga Sanctissimum Eucharistia sacramentum, vnde quoties ante illud transibat, interius, exteriusq; profundè illud adorabat.

4 Quando superiōtem obuiam habebat, reuerenter illum venerabatur, eliciebatq; specialem fidei aetum, intelligens Deum in illo, & pro indubitate tenens, Dei vices illum gerere.

5 Ad excitandum in se hanc fidem sape in haec verba erumperbat: Deus est prima veritas, & quod dixit infallibiliter eueniet, & potius cælum & terra transibunt, quam illius verba præteribut.

6 Statuit in corde suo inquam ad mettere in intellectu suo, vel minimum discursum circa res fidei, nisi in illius fauorem.

7 Adibat sape templum D. Petri ad Aram tanquam ad fidei petram, vbi præter multas preces, quas ibi fundebat, recitabat magna cum attentione, & deuotione ante simulacrum dicti B. Apostoli Symbolum Apostolorum, & postremo pedes illius humiliter osculans discedebat, quod fuit, & est, &c.

D E S P E.

8 Item ponit dictum Dei seruum habuisse virtutem Spei in excellenti gradu.

1 Firmiter n. sperauit æternā Beatitudinem ex Diuina Gratia propter merita bonorum operum se consecutum, qua propter in laboribus, ieunijs, vigilijs, flagellis, alijsq; virtutum operibus assidue per spatium 80. annorum se exercuit, vt æternam felicitatem adipisceretur.

2 Ad hanc spem in Deo erigendam sape vtebatur, & in scriptis habebat nonnullos versiculos, & sententias Sacrae Scripturae præsertim verba illa D. Pauli ad Colos. 3. Si consurrexisti cum Christo, quæ sursum sunt quærite vbi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram, mortui. n.

6
estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo, cum autem apparuerit Christus vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Et illa Ierem. proph. 17. Beatus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius, & erit tanquam lignum, quod transplantatur super aquas; Et similia.

7 In omnibus suis angustijs, & tribulationibus hisce verbis consolabatur: Cum ipso sum in tribulatione.

4 Proposuit nunquam sperare aliquid abulla creatura, sed totam spem suam in Deo collocare.

5 Tanta erat illius fiducia, & spes in Deo, ut nullum erat opus, nullumq; negotium adeo arduum, & difficile, quod ipse hac fiducia innixus non aggrederetur, ceterosq; ad illud hortaretur. Unde quadam vice cum quidam è nostris Patribus, graui urgente, necessitate, Romam æstiuo tempore esset profecturus, non sine evidenti vite periculo, & hesitans an esset Dei beneplacitum, adjit scrum Dei sciscitaturis ab eo utrum pergere deberet, an non, tunc ille oculos ad cælum eleuans, illiusquè capiti manus impennis, ait: Äquo animo esto, vade libenter, est enim voluntas Dei; hac voce confortatus ille, iter libenter arripuit, Romam perirexit, negotium feliciter expedivit, ac demum latus, & sospes Neapolim reuersus fuit.

6 Item in omnibus suis infirmitatibus, quæ sàpe ob nimia sui corporis afflictionem ei euenerbat, hac fiducia munitus recurrebat ad orationem, & statim ab ipsis ita conualescet, ac si nunquam aliquid mali passus fuisset non sine omnium admiratione, ita ut videretur in sua potestate esse, quando conualescere volebat, quod adeo verum erat, ut quidam vir è nostris sanctitate celebris comiter dicere solebat: P. Pompeius quando ei liber ab infirmitate conualescit, & similiter quando ei placuerit, diem obibit.

7 Cum esset confessarius nostra domus (quod munus magna omnium ædificatione, per multos annos, ut infra dicemus, exercuit) quadam die dum iuxta solitum esset confessiones excepturus, accidit ut dum ad consuetum locum pergeret, inuaserit eum de repete quidam morbus, ita ut videretur ei quasi impossibile munus illud prosequi posse, tunc ipse in Deo suo confidens, inuocansq; S. Cæciliam, cuius dies festus tunc agebatur, statim recessit impedimentum, & morbus, & sanus, ac latus, munus suum obiuit; deniq; ad hortandos alios ad hanc spem in Deo habendam, sàpè repetebat illam

7
illam sententiam Apostoli ad Hebreos. Nolite amittere confidenciam vestram. sed de omnino in quiete beatis trahendis. Tunc conseruabitur. et non obstat. Vixib[us] annis. et in eorum obsequiis. et sepulturem ins. DE DONO TIMORIS.

¶ 1 Tem ponit, & probare intendit quod cum hac firmissima in Deum sp[iritu], donum filialis timoris perfectissimo modo coniunctum habuit, ita ut de eo vere dici potuerit: Et repleuit illum spiritu timoris Dominus.

1. Assidue n[on] exercebat in consideratione, & meditatione beneficiorum a Deo sibi collatorum, vnde continue exactam rationem ab anima sua exigens, secundq[ue] perpendens qualiter illi tot annis seruisset, tempusq[ue] illi concessum insumpsisset, illiusq[ue] beneficijs gratus extitisset, dolebat iugiter, confundebaturq[ue] se non ex toto corde, & ex tuta mente illi deseruisse, illumq[ue] super omnia amasse, & hoc modo recogitabat omnes annos suos in amaritudine animae sua.

2. Interdu[m] cōsiderās flagella & supplicia, quibus Deus non ullos ob minoras sceleras, quam sua acrē castigauit, & puniuit, illos præcipue priuado specialibus suis auxilijs, magis, ac magis timebat, recipiebatq[ue] se in nihilū suū, expauescēs occultā iudicia Dei.

3. Quarebat diligenter vitare quoscumq[ue] defectus quamvis minimos, & cognoscens vilitatem suam, existimabat se peccatorē maximum, nihilq[ue] boni inquam egisse, vnde rigidissime puniebat in se quoslibet defectus licet leues, eos arguendo, & alijs manifestando.

4. Procurabat quantum fas illerat intelligere, & intim e penetrare, quantum ex se fragilis, & imbecillis esset, vt sic melius hoc sancto timore imbui posset, sciens quantum boni ex illo, & quantum mali absque illo prouenire posset.

5. Ad conseruandum in se hunc sanctum Dei timorem sape meditabatur Mortē, Infernum, & Extremum iudicium, & ad hoc tenebat in suo cubiculo nonnullas imagines Mortis, & quoddam paruum sepulchrum. Item nonnullas sententias, & dicta Sacra Scripturae, & Sanctorum Patroni huc pertinentia litteris maiusculis inscripta, vt sunt verba illa Apoc. 10. Et tēpus non erit amplius. Item: Moriēris, Iudicaberis, Condēnaberis nisi vere pœnitentiam egeris, vt quid frustra deciperis.

6. Adeo in hoc sancto timore fundatus erat, vt yenientibus,

ad eum, cum esset morti proximus iniunctum, non nullis ex nostris Patribus, ut aliquod spiritu monitu ab eo acciperent, ipse hoc sancto timore correptus, dixit: Videte fratres, quot dæmones, putatis, mihi nunc circumstant, ut deuorent animam meam; quapropter orate pro me.

DE CARITATE ERGA DEVM.

¶ 1 Tem ponit quod seruus Dei maxima caritate erga Deum. Exarbitur: Nam in omnibus suis colloquijs, & sermonibus familiaribus semper de Deo, & eterna beatitudine, & christianis virtutibus loquatur, ita ut videretur non posse, vel nescire de aliquo alio sermonem habere.

¶ 2 Ut magis hunc Diuinum ignem in se accenderet, saepe repetebat, & in scriptis habebat infra scriptas aspirationes. Si Deus noster ignis consumens est; cur ergo non ardet intus? Ignem teni mittere in terram, & quid volo nisi ut accendatur, & ardeat? Ignis sui amoris accendat Deus in cordibus nostris. Vt regne Sancti Spiritus renes nostros & cor nostrum Domine, qui facis Angelos tuos, & ministros tuos ignem veritatem. Fons viuus, ignis, charitas, & spiritualis uictus. Flammescat igne charitas, accendat ardor proximos. Ignitum eloquium tuum vehementer. Nonne cor nostrum ardens erat. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum. Spiritu seruentes, Domino seruientes. Utinam calidus aut frigidus essem, & similia.

¶ 3 Sæpe saepius se occupabat in contemplanda immensa Dei bonitate in operibus, & donis suis, & præcipue sibi collatis; unde in signum gratitudinis specialem aliquam mortificationem, & poenitentiam statim diebus in se assumebat.

¶ 4 Sæpiissime exercebatur in actibus complacentiæ & amoris erga Deum, gaudens de infinita maiestate, & gloria illius, & præsertim quando dicebat Gloria Patri, &c. & Te Deum laudamus,

¶ 5 Quidquid in commodi quocumque modo sibi eniebat de manu Dei suscipiebat, illud pro illius amore ubenter sufferendo, & è contra, quidquid boni sibi contingebat similiter de manu Dei accipiebat, & plures in hoc eruppebat actus. Libenter Domine pro amore tuo sufferrem quidquid mali mihi eveni-

uitet; & gauderem de qualibet poena mihi interrogata.
Proposuit pro amore Dei diligere proximum suum sicut
seipsum, & nunquam denegare , quidquid pro illius amore sibi
postulatum fuisset.

Hec secundis eiusdem operis pectus. Ad milo belleduni finitum .

D E C A R I T A T E E R G A P R O X I M U M .

ITemporit , & probare intendit, quod dicitur seruus Dei
cunia cum hac caritate erga proximum habuit etiam singulari-
ri modo coniunctam caritatem erga proximum, oilius salu-
tem , non tantum corporalem, quam spiritualem summopere qua-
rendo, et tunc ad deum in nullum minister, omni omniorum metu defensio
Quamvis (vt infra dicemus) dum adhuc in seculo degeret
desiderasset in aliquo Religioso instituto Deo in statu laicali de-
seruire , non audens prae humilitate ad gradum sacerdotalem
ascendere, nihilominus audiens quantum conferre poterat ad
proximorum salutem dignitas sacerdotalis, prae desiderio illis
subueniendi, libenter onus illud suscipere decreuit.

Factus postea Sacerdos totus fuit in animarum salute pro-
curanda, affiduè enim in confessionario sedebat, ad audiendas
confessiones expositus , dicere solitus, seruum Dei oportere ali-
quando pro salute proximi sui etiam sui ipsius obliuisci, & ad hoc
alios etiam horribatur: unde otidam sui penitenti suasit, vt Sa-
cerdos fieret, & in patriam suam rediret, vt proximorum saluti
incumberet, quod ille propter suam insufficientiam recusans,
ipse nihilominus instabat ut saltem illuc proficisceretur, & fidei
rudimenta gentem illam doceret; eundem etiam monebat, vt si
quando audiret, aut videret aliquem Deum offendere, statim il-
lum coriperet.

3. Dum erat in sepulo , quemdam famulum , qui ei inser-
nabat Symbolum Apostolorum , fideique rudimenta magna
caritate docebat, ipseque ut officium Spiritus Sancti quotidie
recitarer, librosque de spiritualibus rebus pertractantes legere
principiebat.

4. Ut autem in hac virtute magis proficeret extimulabat se-
ipsum , occasionem sumens ex ipso Sacerdotis, & Presbyteri vot-
cabulo, quod nihil aliud sonat, vt ipse dicebat, quam Sacer Dux,
& Præbens iter, unde seipsum arguens dicebat, statim enim es Dux,
& alii iter præbere debes, ubi sunt virtutes? nonne si cæcus cæ-

co ducatum p̄fstat ambo in souēam cadunt. His, & similibus
considerationibus seipsum iugebat, & ad virtutes, proximosque
in iuandos excitabat.

5 Hac accensus caritate specialiter orabat pro illis, qui eum
aliquo modo persequebantur, vel olim persequuti fuissent.

6 Quoties audiebat aliquam uitatem proximam, vel ali-
quid boni ei evenisse, summopere letabatur, & rogabat Domi-
num, ut tandem veller ei augere, & vice versa quando audiebat ali-
quid malis ei accidisse, tristabatur illi ex toto corde suo cōpatiens.

7 Nullo modo sustinere poterat detractores, & ad hoc vi-
tium vitandum multa monitabat, & si audiebat aliquem de-
trahētem proximo suo, statim illum corripiebat, querens semper
tegere, & operire aliorum defectus, & quadam vice cum audiret
quemdam detrahētem proximo suo, illum corripuit, docuitque
exemplo Sancti Francisci de Paula omnia aliorum facta, semper
in bonum interpretari, qui videns aliquando hominem, & fe-
minam forsan ad malum finem similem conuenisse, interpretatus
est illos esse fratrem, & sororem.

8 Cum infirmorum Praefectus esset, illorumque curam ha-
beret, diligentissime illis administrabat, querens in omnibus quā
illis grata foret satisfacere, & sepe sepius ante illorum ianuas dor-
miebat, vt sic ad illorum necessitates promptius esset. Et quādam
viēe, licet illorum curam non haberet, audiens intempesta-
nocte quemdam Patrem suo cubiculo proximum querulas vo-
ces ob infirmitatem emittere, statim eadem hora eum adiit, in-
terrogauitque quōmodo se haberet quidvē opus haberet, & in-
firmarium, ut illum curam gereret, statim cibos auit.

9 Pauperes, & egenos pecunijs quantum fas illiberat subleua-
bat, multas eleemosynas illis erogando, & multoties usque ad il-
lorum dominus eas mittebat, in temporeque infirmitatis eos
inusebat, & quemdā paupērem habentē fororē infirmā multis
annis prouidit de omnib⁹ necessariis, de viātu, vestitu, & lectio, &c.

10 Nulli unquam visus suit indignari, sed omnes ex toto cor-
de diligebat.

11 Sepe visitandi, & consolandi gratia aliquos infirmos, & tri-
bularos oppidum quoddam sex milliaribus à Neapoli distans
pedester adiuit.

12 Dum adhuc in seculo erat litterarum studijs incūbens, vt
non minus caritati, ceterisq; Christianis virtutibus, quam studijs
secula-

22

secularibus operam nauare videretur, quadam die pauperem quendam, & infirmum in domum suam conduxit, illique omnia, quibus in illa infirmitate opus habebat magna caritate usque dum perfectæ sanitati restitutus fuisset, subministravit.

DE RELIGIONE EIVSQUE ACTIBVS INTERIORIBVS Deuotione scilicet, & Oratione.

11 **I** Tem ponit, dictum Dei seruum Pompeium in hac virtute specialiter enituisse, qua D. O. M. mirificè coluit, eique tanquam omnium conditoris ac humanae salutis insauratori debitum cultum, & reuerentiam exhibuit.

1 Semper enim quasi alter Abraham coram Deo ambulabat, eius præsentiam in omnibus attente considerans, quare intergiter in ore, & in corde habebat hæc verba: Vbique est Deus per Essentiam, Præsentiam, & Potentiam, & addebat: Hoc est deus fide, nam in ipso viuimus, mouemur, & sumus.

2 Erga Diuinum cultum fuit adeò affectus, ut ab ipsa penè infantia huius sue singularis Religionis, & deuotionis non obscura indicia dederit, nam sepe, ut diximus, adhuc puerulus candolas accendebat, & litanias cantabat, crescente postea aetate, creuit etiam cum ipso huius Divini cultus amor, & desiderium, nam adhuc in sæculo deges Sacrosancta Eucharistie, & Poenitentia Sacramenta frequentabat, missas quotidie audiebat, compluraque alia exercitia spiritualia exercebat. Ingressus deinde Oratorij Congregationem adeò excreuit in ipso Divina Maiestatis, rerumque Diuinarum amicis & cognitio, ut nihil aliud sapere, nihil cogitare, nihilque loqui viderefur, nisi de Deo, Aeterna felicitate, sanctisque virtutibus, ad quod alios etiam verbo, & exemplo excitabat; nam ex solo sui aspectu ceteros ad deuotionem, & compunctionem commouebat, totumque vitæ sua tempus in legendendo, psallendo, & orando impedit.

3 Horas canonicas, aliasque sacras preces non nisi genuflexus, aut aperto capite stans, maxima sui spiritus deuotione recitabat.

4 Orationis, & contemplationi, ita addictus erat, ut de ipso plane verificatum fuerit illud Salvatoris nostri: Oportet semper orare. Et illud Apostoli Pauli: Sine intermissione orate. Nam preter statas horas, quas ad hoc habebat, nimisrum in nocte post matutini-

tutinu; & vesperis in Oratorio publicè cum alijs, iugiter siue ambulabat, siue sedebat, siue ministrabat, siue quodcumq. aliud faciebat in te ad Deum eleuatus videbat, sumes ex omnibus, que videbat, & audiebat occasionem, vel Deo ob sua immensam maiestatem, & bonitatem gratias agendi, vel illu ob sua profundissima iudicia formidandi, vel seipsum, terrenaque omnia ob suam vilitatem despiciendi, quam indefessam grandi conseruacionem usque ad extremum vitæ spiritu constanter retinens, in ipso etiam mortis articulo stans oculis in cælum eleuatis inimobilis in ea perseverauit.

DE ACTIBVS EXTERIORIBVS RELIGIONIS.

11 Adoratione scilicet, & Sacrificio, amissione mundi, & delusionis Deo subiectu.

12 Temponit, quod diuersus seruus Dei in signum pietatem, & spiritus deuotionem in omnibus suis actibus, & gestibus preferebat.

1 Mira namque deuotione, & compositione assistebat Diuinis officijs, non cessans continetè a colloquijs Diuinis, & oratione, vnde quadam die infra octanam Corporis Christi dum assistenter ad Vesperas ante Sanctissimum Sacramentum peculiari quodam modo obtulit se totum Iesu Christo, qui autem ipse metu scriptis reliquit, noluit accipere oblationem suam nisi coram testibus, nempe B. Virgine, S. Michaele Arcangelo, Angelo suo Custode, Angelo Congregationis, S. Philippo, & S. Maria Magdalena, & hoc, vt ipse testatum reliquit, quia multoties se ipsum obtulerat, sed postea se resumpserat, immo ipse Christus voluit de hoc scripturam, vt ipse ait,

2 Conciones, & sermones quasi semper stans attiebat, sicut gulisque diebus completis in Ecclesia omnibus functionibus, mira deuotione, & feruore, ita vt videretur totus in Deum absorptus, singula altaria Ecclesiae visitabatur.

3 Sacrosancti, ac venerabilis Missæ sacrificij ultra quam dicit potest deuotus erat, illius inexplicabilem altitudinem continuè deprehendens, vnde dicere solebat: In missa omne bonum contineri; itemque Missam suo modo tam plenam esse mysterijs, sicut Mare guttis, sicut sol atomis, sicut firmamentum stellis, & sicut cælum Empyreum Angelis, vnde cupiebat, & simul admirabatur cur omnes, qui hoc mysterium frequentabant, & præcipue saeculare, qui manibus illud tractabant, non essent velut tot Angeli

geli, proinde sepe cum D. Bernardo illis verbis exclamabat Monstruosa quidem res est gradus summus, & animus insimus; sedes prima, & vita ima; ingens auctoritas, & nutans stabilitas, sermo multus, & actus nullus, vultus grauis, & actus leuis, lingua magniloqua, & manus otiosa; caput canū, & cor vanū, facies rugosa, & lingua nugosa, vestis talaris, & vita sacerularis, &c. Et quadā die cū videret quendā, qui manē cōmunicarat, & postea vesperi iocabatur cum quodā animali grauiter reprehendit, dicens, indecens esse, vt qui panem Angelorum mane manducauerat, postea cum animalibus tempus tereret. Quapropter illius altitudinem attendēs, hoc dicebat, intelligere voluisse illum, qui se in vlnis nutritis intuēs dixit: Magnum istius curam habeto; futurus est enim magnus vir, nempe Dei Sacerdos, vt ipse dicebat.

4 Quotidie missam indicibili deuotione celebrabat, tanquam dispositione ad illam se præparabat, vt quamvis præ sua humilitate non auderet, nec oculos ad cœlum levare, artamen cum ad altare accedebat, adeo in Deum eleuabatur, vt Aeternum Patrem præ oculis habere ei videretur, quem maxima fiducia in spiritu amplexabatur, & osculabatur, sicque Deo plenus Missam maxima spiritus exultatione, & deuotione prosequebatur, in qua totus in lacrymis distinquebatur.

DE DEVOTIONE ERGA CHRISTVM CRVCIFIXVM B. Virginem, & Sanctos.

13 Item ponit quod dictus seruus Dei maximam erga Christum Crucifixum, B. Virginem, & Sanctos deuotionem habuit.

1 Semper præ manibus habebat Christi à Cruce pendentis imaginē, dicebatque, qui aliud extra Christum Crucifixum quaerit grauiter decipi, vndē in quadam imagine Christi sibi crucem baiulantis inter alios cordis sui affectus, quos ibi ostendit, & scriptos reliquit, hēc verba exarata reperiuntur: Quid oculi tui (cū ipso loquens) poterūt vñquam pulchrius videre; aures suavius, quam sponsi vocem audire, gustus dulcius, & lingua melius loqui; narres in aliud, quam in odorem vnguentorum sponsi currere, manus, & brachia carius amplecti, & palpare; pedes, quam sponsum sequendo præ alio velocius cursitare; memoria, & intellectus contemplari, & voluntas ardenter amare, & cor concupiscere, & tamen, &c.

2 B. Vir-

2 E. Virg. Mariam singulari modo diligebat, & venerabatur, eamq; quādoq; matrem etiam appellabat, ipsius etiam officium, nonnullasque alias preces in sui honorem quotidie recitabat, saepissimē Ecclesiā in eius honorem consecratas obibat, & praecepit S. Mariae de Monte Carmelo, quam nonnunquam per mentes integras singulis diebus adibat, Imagines quoque, & aitaria ipsi Deiparæ dicata quotidie magna deuotione visitabat.

3 Item Sanctos peculiari affectu venerabatur, quorum reliquias summa veneratione apud se habebat, ipsorumque Litanias singulis diebus recitabat, ac cubiculum imaginibus ipsorum refertum tenebat, singulis singulas preces fundens, præsertim autem erga S. Petrum Apostolorum Principem singulari deuotione affectus erat, nam ut supra diximus, ipsius templum s̄apēs s̄apēs frequentabat. S. item Candidam, eiusq; Capellam, & Cellulam intra dictum templum D. Petri sitas denotissimē visitabat, ac singulis annis, eiusdem recurrente festo ob peculiarē erga ipsam deuotionem eius Ecclesiam adibat, ibique sacram faciebat, & sumpta aqua in eius honorem benedicta, ibidem dispensari solita, per totum annum eā conseruabat, quā in suis infirmitatibus magna fiducia adhibere solebat. Fuit etiā specialiter deuotus S. Patris nostri Philippi, & sui Angeli Custodis, in quorum honorem nonnulla cantica spiritualia composuit.

D E P R V D E N T I A.

14 | Temponit, & probare intendit, quod dictus seruus Dei etiam hac virtute prædictus fuit.

1 In consilijs dandis, ta spiritualibus quā temporalibus nō mediocriter enituit, nā omnes, qui afflito, & amaro animo ad ipsū recurrebant, consolati, & confortati recedebant, inter quos quādā mulier, cui propter maximam animi afflictionem, qua angebatur videbatur, neminem posse operi serre, cum ad ipsum recurrebat, ipsiusque salutaria monita auscultabat, tranquillo, ac lato animo, plenaq; consolatione recedebat.

2 Quidam suis paenitens cum anceps esset in deligendo suā vitā statu, ipsum consuluit, scire cupiens quid nā sibi expediens esset, quem seruus Dei prudenti dato responso confortatum, Diuināq; voluntatis conscientiū factū, dimisit.

3 In omnibus muneribus a Congregatione sibi impositis

15

prudenter se gessit, & præsertim in munere Confessarij totius domus, quod tanta prudentia, & caritate exercut, ut per 25. annos continuos in eodem officio confirmatus fuerit.

4 Quando sciebat aliquos inter se, vel leniter rixatos fuisse, continuo illos accersebat, & summa caritate, & prudentia illos pacificari curabat.

5 Quodam die cum quidam è nostris Patribus vehementer scrupuloru[m] stimulis agitaretur, ad seruū Dei cōfugit, cui cū conscientiam suam aperiret, animiq[ue] tristitiam patefeceret. Seruus Dei leniter caput ipsius percutiēs, Bono, inquit, sis animo, non enim parū tibi videatur absq[ue] peccato vivere, & cōtinuo omni scrupuloru[m], & anxietatū fugata caligine magna animi trāquillitate, serenitate & q[ui]perfusus est, ita ut nūquā amplius simili molestia affectus fuerit.

DE IVSTITIA

15 I Tem ponit, quod dictus seruus Dei hac virtute quoque ornatus fuit, licet enim nunquam aliquid munus exercuerit, in quo iustitiam administrasset, proindeq[ue] suum erga hanc virtutem zelum, & affectum ostendisset, varijs tamen modis, varijsque occasionibus, satis aperte demonstrauit, quam equi rectiq[ue] fuisset amator, & zelator.

1 Nam semper quæsivit vnicuique tribuere quod suum erat; Deum scilicet super omnia, & proximum suum, sicut seipsum diligēdo, quapropter quatuor generibus personarum se debitorem constituebat, nempe Deo, Animæ suæ, Congregationi, & proximo, Deo, dicebat, debo totum me ipsum, Animæ meæ multa, scilicet Gratiam Dei amissam, Dona Spiritus Sæcti, & Virtutes, Corpori vt iumento, saccum, paleam, & flagellum, Congregationi Observantiā, & Proximis amore, & benevolentiam, & vnicuique horum satagebat totis viribus reddere quod suū erat.

2 Tanti hanc virtutem faciebat, ac diligebat, ut ab omnibus illæsam custodiri cupiebat, quapropter cuidam suo nepoti Magistratum cuiusdam Terræ exercere cupienti, considerans, quam facile hæc virtus in talibus occasionibus periclitetur, suasit vnequaquam in tale periculum se iniiceret.

3 Dum in sæculo erat suis famulis singulis mensibus mercem soluebat.

4 Quan-

4 Quando sciebat aliquem aliquid debere, ipsum sollicitè admonebat ut quam primum restitueret.

DE FORTITUDINE, ET PATIENTIA.

16 **I** Tem ponit, quod seruus Dei has virtutes etiam viriliter exercuit.

1 Difficultates omnes, quæ sibi adueniebant forti animo superabat; labores, & pñalitates non modicas ad passiones edo-mandas libenter in se assu[m]ebat.

2 In omnibus quærebat abnegare seipsum, & præcipue in illis, in quibus alioquin licitis, aduertebat aliquo modo inclinare suam propriam voluntatem, ut sic magis Christo Crucifixo conformaretur, eq[ue] gratum ficeret.

3 Infirmitates, quas passim patiebatur, & alias non leues indispositiones, quibus continuè affictabatur viriliter sustinebat, in quibus nunquam fuit auditus, vel modicum conqueri, imò omnia læto animo de manu Dei suscipiebat, dicendo cum S. Catharina Senensi, quod quidquid Deus de seipso disponebat, excepto peccato, totum in bonum animæ suæ conuertebat.

4 Tanto desiderio patiënti, & Deo in omnibus se conformāditenebat, vt ab ipso efflagitaret, vt si præuideret equaliter tam per tribulationes, quam per consolationes sibi fore gratum, disponeret de se ipso quidquid sibi gratius esset.

DE TEMPERANTIA, ET ABSTINENTIA.

17 **I** Tem ponit, quod dictus seruus Dei in his virtutibus Temperantiæ, & Abstinentiæ valde enituit.

1 Carnes rarissimè comedebat, & si aliquando, ne videretur singularis eis vescebatur, potius delibare, quæ comedere videbatur, & hoc mane tantu[m], vesperi verò quasi nūquam contetus parcissimo cibo, quæ viuēdī ratio adeo illi cōnaturalis facta erat, vt si quando aliquid, vel minimu[m] excederet, statim infirmaretur, qua propter tēpore infirmitatis, ignorantes medici hanc suā viuendi consuetudinē, & præcipiētes, prout morbus, & scientia requirebant, eum aliquid amplius cibi sumere, accidebat, quod quanto plus manducabat, eo magis morbus augebatur, & prolongabatur, & quadam uice ob h[oc] solum, infirmitas vltra mensē dilata fuit

fuit, quare cognoscentes medici eius viuendi rationem, cibum subtrahere cæperunt statim conualuit.

² Quadragesimas, vigilias, aliaq; ieunia ab Ecclesia indiæ, licet senex, & decrepitæ ætatis exactissim obseruabat.

³ A vino, quamuis confectæ esset ætatis, abstinuit, sola aqua contentus, licet suæ valetudini non paruo nocuunt esse i.

⁴ Ut gulæ aut nihil, aut parcissimè indulgeret, quæ m cibum sumebat, procurabat mētem aliò applicare, vt sic cibi, potusque gustum minus sentiret.

⁵ Infirmus eamdem viuendi consuetudinem retinebat, non edendo, nec bibendo præter id, quod ab infirmitate ei iniunctum erat, querens semper in omnibus se ipsū mortificare, & abnegare.

⁶ Quadam die loquens confidenter de virtute abstinentiæ cum quadam suo familiarissimo, dixit, non esse cognitam mundo consolationem, quam secum hæc virtus afferit, seq. vero aliquando expertum fuisse; quadam n. uice, vt ipse affirmabat, in diebus bacchanalibus, quando vnicuiq; licere videtur aliquid gulæ indulgere, ipse nihilominus suam vitiendi rationem non relaxans, quasi ieunus permanxit, non gustans nisi circiter vnciam panis benedicti in honorem S. Blasij, quo gustato delicias abstinentiæ expertum fuisse asserebat.

DE CASTITATE.

¹⁸ Tem ponit, quod dictus seruus Dei castitatem semper amauit, & coluit, castam & cœlibem vitam dicens, vxoremq; ducere renuēs, & in sœculo existens clericali militiae adscriptus fuit.

¹ Oculos ab omni obiecto illicito semper auertit, imò quando cum mulieribus, aliqua vrgenti ex causa, ei colloquendum erat, nō solum oculos in terram declinabat; verum etiam se Domino commendans, dicebat: Erue à framea Deus animam meā, & ad B. Virginem interius se conuertens, dicebat, Virgo singularis, &c.

² Cuidam suo pœnitenti cum in animum subiesser velle se in matrimonium collocare, consuluisseq; seruum Dei, utrum animæ suæ expediret, hoc ab & responsum accepit: Si matrimonium terram, castitas cœlum impler, quo responso confortatus ille, continuo absinthiæ destitutus.

³ Ad uitandas nocturnas, & diabolicas illusiones admonebat

suos p̄enitentes, vt vestibus induti, aut sedentes dormirent, non nullā q̄; alia opportuna remedia ad hoc dabat.

DE OBEDIENTIA.

19 **T**em ponit, quod seruus Dei, etiam virtute obedientia clariuit, parentibus n. dum erat in s̄culo, & superioribus dum in Congregatione semper exactissime morem gessit.

1 Ingressus namq; Congregationem proposuit firmiter obediens, & diligentissimè obseruare non tantū omnes regulas, & constitutiones nostræ Congregationis, & quidquid ei à Superioribus iniunctum fuerit, dicens cum Propheta: Paratum cor meum Deus; verum etiam parere omnibus fidi & qualibus, imò etiam inferioribus, & non solum in ijs, quæ ei aperte iniungerent, sed et in illis, quæ aliquo modo sciebat illis grata fore.

2 Satagebat promptissime, obtemperare non solum præceptis, & consilijs Euangelicis, sed etiam singulis Diuinis inspirati- nibus, illas ad virginem opere exequendo, querēs quæcumq; Deo placita erant, opere adimplere.

3 In elecione Officialium nostræ Congregationis si presen- sisset se in aliquod officium eligendum fore, licet prius totis vir- bus conatus fuisset auertere Patres à tali intentione, proponens singulis suam inhabilitatem; attamen cùm cognoscebat, talem esse voluntatem Dei, & Congregationis, libenter tali oneri hu- meros subiiciebat.

4 Sacrista, Ianitor, ceterisq; communibus functionibus tan- quam Deo vocanti, promptissimo animo obediebat,

DE PAUPERITATE.

20 **T**em ponit quod dictus seruus Dei erga paupertatem suim opere affectus fuit.

1 Omnia superflua quamvis licita, vt vestes, libros, & similia recusabat, contentus solum necessarijs. Tam in vestibus, quam in cubiculo relucebat quedam san-cta Paupertas, appetens semper viliora, & abiectionia. Non solum non procurabat, sibi fieri nonas vestes, verum etiam sponte oblatas recusabat, dummodo necessitas non invigeret. Omnia quæ sua curse commissa erant diligenter conserua- re studebat.

DE

DE HUMILITATE SVIQUE IPSVS CONTEMPTV.

21 **I**Tem ponit, quod dictus seruus Dei speciali modo huic viri
tutti additus fuit, capiens in omnibus esse humiliare, & ab
alijs humiliari.

1 Cum adhuc esset in saeculo, tuperetq; in aliquam religio-
nem se recipere non audebat præ sui ipsius humili cognitione,
inter clericos adscribi, & ad Sacerdotale in gradum ascendere, sed
voletabat in statu laicali manere, quod certo exequitioni mandas-
set, nisi suus confessarius aliter ei præcepisset.

2 Inquit deinde Congregationem Oratorii indicibile est,
quam ardenter omnibus virtutibus, & præcipue huic incumbuisse-
set, rogabat sè pissime Tyronum prefatum, vt se vellet in omnibus
mortificare, & humiliare, qua propter ille ut suo desiderio saceret
satis doceretq; in omnibus propriam abnegare voluntatem, in-
bebatur illi aliqua quæ primo aspectu videbantur parum rationi
cosona; Interdum etiam eum occupabat in vilioribus exercitijs,
nempè inseruire coquinæ, abluerre patinas, & similia, quæ omnia
ipse latè animo excipiebat, & libertissimè exequebatur, adeoq; in
istis gaudebat, tantuq; profecit, vt cum proiectioris esset ætatis
dicere soleret, se numquam in toto vita lux cursu tantum gau-
dii, & latitiae sensisse, tantumque profecisse quantum tunc, cum
sub illius disciplina erat.

3 Huius virtutis amore, numquam dixit, aut fecit ex quo
quidquam honoris, aut estimationis ipsi prouenire potuisset.

4 Maximè gaudebat, quando ei aliquid attribuebat, unde
aliquid dedecoris, aut ignominie ei resultare poterat, imò data
opera hæc quererbat, hinc sè pissime narrabat suos defectus, &
imperfectiones etiā naturales, & præsertim referebat, quod dum
erat in saeculo, accidit quadam die, eum publice quamdam ora-
tionem latinam recitare, in qua ob defectum memoria defecit,
ex quo non nihil verecundia contraxit, similiter, vt ab omnibus
vili penderetur, ampliabat, & exaggerabat nonnullas leues vanita-
tes, quas cum adhuc esset saecularis faciebat, nimirum quia am-
biebat Episcopatum, quia vestibus sericis induebatur, eisque
gloriabatur, & similia, &c.

5 Sepe sè pius rogabat timiores è nostris, & interdum etiam
laicos, vt suos defectus ei aperiret, vt sic melius eos cognoscendo
emendari potuisset, & quadam die cum ad eum quidam, qui

dum in seculo erat, in eius absequijs fuerat, inuisendum venire ad secretiorem locum illū ducens ante ipsū in genua procubuit, humiliterque ab eo veniam petiit, si quādo eum in aliquo offendisset, quod ille cernens præ confusione non parum erubuit.

6 Composuit nonnulla cantica, quibus suas imperfectiones, & defectus naturales narrabat; Item tenebat in cubilculo inscripta literis grandiusculis multa nomina, quibus suam vilitatem explicabat.

7 Existimabat se peccatorem maximum, yndē sāpe se ipsum obiurgabat, aliorumque orationibus se commendabat.

8 Cum à quadam muliere ob contemptum Fatuus appellatus fuisset, ipse non solum nullam sensit animi perturbationem, verū gaudens, præter solitum ridere cāpit, deinde illam adiens benigne salutauit, ex quo illa non parum admirata est.

9 Item cum esset morti proximus, Prepositus nostræ domus rogauit eum, velut omniū spiritualem parentem, ynt illo mortis articulo, ad statēs Patres benedicere vellet, quod cum plures ille humiliter facere recusasset, tandem obedientia adstrictus, in hæc verba prorupit. Qui vos benedicere potest, ille vos benedicit.

DE STUDIOSITATE.

22 Item ponit, quod seruus Dei Pompeius fuit semper suæ salutis, virtutumque omnium studiosissimus, non solum iurisprudentia, multisq; alijs facultatibus operā nauauit, sed etiam semper, operibus pietatis, pijsque exercitijs toto conatu incumbuit.

1 Vix Congregationē ingressus, cāpit totis viribus Christianaz perfectioni, singulisq; virtutibus vacare, scripsit .n. libellum, in quo singularum virtutum actus, & exercitia adnotauit ut sic facilis ea memoriae retinere, & exercere posset.

2 Cum mane à somno excitabatur quærebat diligenter mētem sanctis cogitationibus replere, imò vespere cum cubitum ibat, legebat quod mane meditatus erat, & si inter dormienda expergefiebat, idem mente revoluebat.

3 Ab otio vt à peste abhorrebat, semperq; in aliquo spirituali exercitio se occupare satagebat; quare, aut orabat, aut psallebat, aut libros de rebus spiritualibus tractates legebat, quos ita arte, & deuote perlegebant, vt si quid in eis notatu dignū aduerteret, continuo, vel in margine, vel alibi adnotaret.

4 Divinas inspirationes diligentissime attendebat, eas humiliter à Deo accipiendo, & ne ingratus Deo videaretur, eas sibi adnotabat.

5 In communibus functionibus, & exercitijs quarebat semper primus adesse.

6 Munera, & officia à Congregatione sibi imposita, quam diligentissime exequebatur.

DE OBSERVANTIA ERGA CONGREGATIONEM,
eiusdemque Constitutionum custodia.

23 Item ponit, quod dictus seruus Dei erga suam Congregationem obseruantissimus fuit.

1 Nam ex toto cor de eam diligebat, ac de eius augmento tā spirituali, quam temporali summopere lætabatur, cupiens omnes in Christianis virtutibus, in dies proficere.

2 Regularum, & constitutionum suæ Congregationis fuit zelantissimus, eas ad vnguem obseruans, quarens pariter ab aliis obseruari, & si quando videbat aliquem eas, vel parum negligere, statim corripiebat.

DE POENITENTIA, ET AVSTERITATE VITÆ.

24 Item ponit quod dictus seruus Dei poenitentia, & vitæ austерitate fuit insignis, carnē n. suam cilicijs, flagellis, vigilijs alijsq; afflictionib; semper domuit, & castigauit.

1 Somnus ei parcissimus fuit nō excedens tres horas, nec vñquam 40. annorum spatio in lecto decubuit, sed vñ sedens in aliqua patua sella, aründini innixus, vt facilius à somno excitaretur, veliacens in terra somnum capiebat.

2 Triginta annis gestauit super nudo quandam paruum habitum laneum instar cilicij pro quadam voti communione, cuius, quamuis anno ante mortem, iustis de causis dispensationem à Summo Pontifice obtinuisse, vix tamen precibus sui confessarij paulo ante obitum illum dimisit.

3 Media nocte surgebat ad confitendum Domino, recitans genuflexus matutinas laudes, quibus absolutis addebat Orationē mentalem, quam vsq; ad auroram protrahebat, & postea flagellis se cædebat, neq; hoc contentus, ter etiā in hebdomada vesperis

Oratorio iuxta nostras Cōstitutiones iterum se cæ debat.

4 Nullam, vel leuem recreationem corpori suo vñquam indulxit, sed semper illud velut intestinum hostem mortificare studebat. Iugiter in cubiculo, quasi in quodam voluntario carcere, sive astiūo, sive hyberno tempore inclusus manebat, & si quando aliquis ex necessitate eum adibat, vel ad ianuam vocatus erat paucis se expediebat, vt sic mentē suam à Divinis non reuocaret.

5 Si quando ob aliquod pietatis, vel caritatis opus è domo egredi adstrictus erat, tacens, demissisq; ad terram oculis, solumq; cum Deo suo conuersans incedebat, vel de rebus tantum spiritualibus cum socio loquebatur.

6 Licet in cibo, & potu abstinentissimus fuerit, semper tamen dolebat non posse gastrimargia spiritum superare.

7 Cum infirmabatur nō nisi post tres, vel quatuor dies morbum aperiebat, & in lecto postea decubens, semiuestitus iacebat.

8 Tantus erat illius erga virtutem hanc amor, & desideriū, vt cum infirmaretur, non ob aliud salutem consequī cuperet, ac pro ea Dñm deprecaretur, nisi vt maiorem penitentiam agere posset.

9 Adeò sibi ipsi, ac mūdo mortuus erat, adeoq; à suis alienus, vt neq; in eorum necessitatibus eos audire vellet, dubitans ne amorē, & affectionē soli Deo debitam, caro & sanguis, (vt ipse aiebat) aliqua ex parte minuerent, imitās antiquos illos Anachoritas, qui in similibus occasionibus suos consanguineos, nec agnoscere volebant.

10 Tandem, nonnulli considerantes, & simul admirantes tam arctum illius viuendi institutum, viteq; austерitatem, dicebant, vitam ipsius esse potius admirandam, quam imitandam.

DE DIVINIS REVELATIONIBVS, & SPIRITU PROPHETIAE

25] Tem ponit, quod dictus seruus Dei fuit etiam Divinis revelationibus, & Spiritu Prophetiae à Deo illustratus.

26] Adhuc septennis vidit in somnis B.V. Mariam suū puerū Iesum in vlnis gestantem, ad quem conuersa B. Virgo eiq; ostendens puerum Pompeium, dixit, Hic de nostris est.

27] Cum quidam è nostris Patribus è vita decessisset, officiumque defunctorum pro illius anima in choro decantaretur, dictus seruus Dei, toto illo tempore, quod fuit circiter vnius horæ vidit super officium, quod in manibus tenebat puerum Iesum, qui cōplete

plete officio supra modum illi blandies, atq; arridens, dixit: Et tu quando vis mecum venire? & hoc dicto dispergit, & triennio post eodem die, qui fuit 17. Augusti ipse quoq; è vita migravit.

3 Cum Sacrū facturus erat, adeo in Deo absorptus, illiq; vniuersus ad altare accedebat, vt cū Missam inchoare vellet, in etis oculis intueretur Aeternū Patrem, quem in spiritu amplectes, & exosculans mira deuotione & spiritus iucunditate perfundebatur.

4 Multoties fuit à Dēmonio vexatus, & interdū aspiciebatur cū aliquo liuore, vel signo in facie, quod ipse dicebat à Dēmone sibi illatum, & præcipue quadam uice dum esset solus in cubiculo, sed eretq; iuxta solitū in quadam parua sella, de facto sine villa arte humana reuersa fuit dicta sella, ceciditq; in faciem suam, percuslusq; fuit in fronte, quod ipse Aduersario attribuit. Item quadam nocte cum iuxta consuetū vigilias ageret, audiuit quandam vocem sibi minitantem, cuius verba p̄r̄ vocis confusione nequiuuit recte percipere, die vero sequenti circa tertiam noctis horam dum esset in cubiculo, lumenq; extinxisset, vt ad conueniendum cum alijs abiret, de repente ab occulta quadam vi ad terram prostratus fuit, non sine graui periculo, vnde per nonnullos dies grauem dolorem in brachio passus est, quod totum, antiquo hosti tribuendum asserebat.

5 Dum quadam die audiret confessiones in Ecclesia, & multi circa ipsum adstarent, vt peccata confiterentur, erat inter alios quidam, qui dum illic adstebat huc, illucquè voluebatur, & torquebatur, velut qui grauem dolorem sentirebat, tandem prætextu, quasi vellet, & ipse peccata sua confiteri, singulis dicebat, hic Pater diu moratur in audiendis confessionibus, proinde abite, & confitemini alijs confessarijs, hoc tamen dicebat non quia vellet aperire peccata sua, sed quia cupiebat auertere alios, nē & ipsi Seruo Dei confiterentur; videbat n. quantum utilitatis ab illo percipiebant; erat n. vir ille energumenus, & dæmon per illū loquebatur, qui cognitus ab ædito fuit statim inde expulsus.

6 Arguebat quadā vice quandam suam filiam spiritualē, admonebatq; vt Dominam suam diligenter, eiq; patienter, & fideliter deseruiret, qua occasione aperiebat illi quedā occulta, quę nō nisi ipsa, & prædicta hera sua scire poterat, ad quem illa: Certe, Dñā mea hęc omnia vestrę Paternitati dixit; cui ille: nequaquam, sed quando Deus amat seruos suos, vultq; illos de suis defectibus emēdari, illos cōfessario manifestat, vt correcti facilius emēdētur.

Cum

7 Cum excessisset è vita quidam è nostris Patribus, vir quidem virtutibus ornatus, sibiq; maxime familiaris, anno sequenti ei apparuit, dixitq; Quid hic facis, quādō vis mea venire? Et dispartuit.

8 Quidam Religiosus dum graui angeretur pressura, à forore sua ad serum Dei missus fuit, vt eius se precibus commendaret, quem Seruus Dei in Dño confortatum dimisit; cum aut dicta eius foror, quæ illius pœnitens erat ad ipsum venire, iterumq; fratrem suum eius orationibus cōmendaret, hoc ei responsum dedit: Vade, dic fratri suo vt ad grauē magnamq; tribulationem, sicut verū Dei serum decet, se præparet, interea vero oremus Dñum, quæ hac eadē referens fratri suo, primo aspectu expauit ille, sed statim Diuine se cōformās volūtati orationis e dedit: Euētus vero haud vana fuisse Dei serui verbā ostendit, nā paulo post à suo superiori ob quēdam occultum defectū, quem nemo nisi Deus, & ipse nouerant, acriter correptus, graui mortificatione affectus fuit, quare recordatus ille verborum Serui Dei, tanquam Sanctum, Deiq; Spiritu plenum illum apud se habere, alijsq; prædicare cōpir, nec multo post vita quoq; functus est.

DE FAMA SANCTITATIS IN VITA.

16 Item ponit, quod dictus seruus Dei, dum in terris agebat ab omnibus vtriusq; sexus, tā nobilibus, quā ignobilibus, Religiosis, & Sæculariis, ac etiam Prælatis, non solū Neapoli, verum etiam alibi, vti Sanctus, & pius, dictisque virtutibus ornatus habebatur, omnesq; qui eum agnoscebant, in suis necessitatibus ad eum recurrebant, suisq; precibus se commendabant.

1 Vix in Congregatione quatuor annos expleuerat, quod suarum virtutum fama vsq; Romam peruenit, Cardinalis enim Tarusius, Romæ tunc degens audita suæ sanctæ Conuersationis fama ad eum scripsit, secum congauidens de optimo in via Dei progresstu, suisq; orationibus se commendauit.

2 Pater Flaminius Riccius item è nostra Congregatione vir omni virtutum genere ornatus, fuitq; nonnullis annis suus confessarius, enim sāpe in suis litteris cōmendat, suarumque orationum participem fieri exposcit.

3 Pater Io. Thomas Eustachius olim Episcopus Larinensis vir sanctitate vita, virtutumq; splendorē illustris, qui etiam illius Confessiones multo tempore audituit, vti Sanctum eum colebat, consupderansq; illius arctissimum viuendi institutum valde admirabatur,

25

tur, proindeq; caput post mortem ipsius, eius virtutes, actionesq; insignes vti viri sancti scriptis commendare.

4 F. Pacificus Ordinis Capuccinorum, vita sanctitate omnibus notus, eum valde diliebat, habebatque vti virum spiritu Deiplenum.

5 D. Didacus de Mendoza dū Neapoli agebat, eratq; suus filius spiritualis, eum tanquam Sanctum, cunctisq; Christianis virtutibus præditum prædicabat, & cum Hispanias postea ob sua negotia profectus esset, sepissime per litteras ad illius preces commendabat.

DE FELICI OBITV SERVI DEI.

27 Item ponit, quod seruus Dei cum vsq; ad decrepitam peruenisset ætatem, adeoque laboribus, & pœnitentijs confessus esset, vt quasi nec incedere, nec amplius pœnitentias, vt ipse dicebat, agere posset, cuius causa tātu viuere cupiebat, quādam die certo se breui moriturum prædixit, & biduo pottiuasit eum febris cum quadam specie dysinteria, & die 5. Augusti felto Sanctæ Mariæ ad Niues, quo die in lucem venerat in cubili iacere adstrictus fuit, & crescente iam morbo, crescebat in eo cupiditas Deum videndi, ampliusq; pro eo patiendi, quapropter assidue mente ad Deum eleuatus videbatur, nec de alio sermonem habere audiebatur, nisi de Æternitate, sāpe repetens verba illa: Momētu vnde pēdet æternitas, quæ rebatq; in illo statu, quantū fas illi erat, in omnibus se mortificare, abnegās sibi quascumq; vel leues animi recreations, vnde si aliquādo p̄r ardore febris necesse erat os aqua ablucere nolebat aquam recens extraētā, sed eā, quæ in cubiculo reperiebatur, quæ p̄r calore solis calida erat, & quāvis medicieū hortarētur, vt cibū sumeret, viresq; naturales inuaret, si forte esset spes salutis, ipse nihilominus cognoscēs suū ultimū adstare diē, nihil eorū dicta curabat, & licet ne obediētię contrauenire videretur, medicamina, quæ p̄cipiebant non recusaret, & gretamen ea sumebat. Tandem, tametsi in ea infirmitate pluries Sacraenta Corporis Christi sumpsisset, sumpto demum Sanctissimo Viatico, ac Extrema vunctione, die 17. Augusti hora noctis prima cum dimidio oculis in Calum eleuatis, cūctis sibi adstātibus Patribus, precibusq; S. Ecclesiae ēū adiuuātibus, sāctissime, & placidissime animā in manus Domini sui

sui commendauit, ætatis sua anno 80. Christi vero 1639. cum vi-
xisset in Congregatione annis 44. caius mortem D. O. M. voluit
omnibus manifestam facere, nam paulò ante circiter horam, quā
spiritasset aduenit quidā terræ motus, certum indicium illi is pro-
ximi discessus.

DE FAMA SANCTITATIS POST MORTEM.

28 Item ponit, quod die sequenti, fuit ipsius serui Dei cadaver
indutum prius vestibus Sacerdotalibus delatum, ut moris
est, in nostram Ecclesiam, statimq. cucurrit non parua multitudo
virorum, ac mulierum ipsius corpus, vti viri Sancti venerantium,
ipsiusq. manus, & pedes tangere cupientium, & nonnulli etiam
coronis eum tangebant. Interea cantata fuere Diuina officia cui
missa solemni, quibus persolutis altera die, qui fuit 19. Augusti
quidam Patricius Neapolitanus ob peculiarem erga dictum se-
raum Dei deuotionem, suis impensis dictum cadauer e-
enterari curauit (sumentibus interea nonnullis de ipsius sanguini
& capillis tanquam reliquijs) vestitumque deinde indumen-
tis sacerdotalibus sepultum fuit in communi Patrum Cemeterio
in arca tamen plumbea cum sua inscriptione.

Nec defuit quidam Religiosus, qui ob specialem erga illum
amorem, & deuotionem composuit in eius honorem quoddam
valde piu, & eruditum elogium, omnes ipsius virtutes, actionesq.
insignes enarrans.

DE VENERATIONE SEPVLCHRI, AC RELIQVIARVM SERVI DEI.

29 Item ponit, quod sepulto dicti serui Dei cadavere, nonnulli
virorum, ac mulierum aliquid de dicti serui Dei vestibus,
libris, & similibus habere cupiebant, & instabant, vt in suis infir-
mitatibus ipsius intercessione a Deo curari mererentur, nonnulli
li alij in suis orationibus illi se commendabant, & alij ipsius Ico-
nes, & imagines sibi fieri curarunt, & triennio post aperta fuit pre-
dicta arca, vbi dictum cadavere quiescebat, & licet non fuerit in-
uentum incorruptum, tamen quod est mirabilius, inuen-
ta fuit quædam ampulla vitrea ipsius sanguine plena, quæ a prin-
cipio ibi cum cadavere fuerat reposita, ita sana, & integra cum
dicto sanguine incorrupto, ac si tunc reseruata fuisset.

Item

DE MIRACVLIS.

30 **I** Tem ponit, & probare intendit, quod Altissimus Dominus noiter ad gloriam nominis sui, fidei catholicæ corroborationem, & manifestandam serui sui inculpatam, & sanctam vitā, & incorruptos mores, non ex arte, neq; ex viverborum, neque ex illicita pactione, sed eius meritis, & intercessione nonnulla miracula, & gratias fecit, que creature facultatem superant, tam in vita, quam post eius mortē, tam Neapolī quā extra, tam signo Crucis, quam contactu vestimentoruī, & reliquiarum ipsius ad eiusdem inuocationē, & adhuc assidue operari dignatur, à varijs infirmitatibus, & periculis, tam corporalibus, quam spiritualibus eos liberando, qui eius auxilium humiliter, & deuotē implorauerint, & quod omnes qui de eiusmodi miraculis notitiam habuerunt pro certo, & sine aliqua dubitatione crediderunt, tenuerunt, & reputauerunt, tenent, credunt, & reputant miracula huiusmodi fuisse, & esse vera, & non ex arte, nec ex illicita pactione cum aliquo malo spiritu, sed à Deo ob merita, & intercessione ipsius serui Dei Pompei prater, aut supra rerum naturalium ordinem, ad laudem, & gloriam Diuini nominis, fidei catholicæ corroborationem, & ad manifestandam seruisui Pompei sanctitatem facta fuisse, & pro tempore fieri, qui premissa suo tempore viderunt, vel in scriptis experti sunt, vel ab alijs audierunt, & contestati sūt, & contestabuntur sic fuisse, & esse verum, publicum, notorium, & manifestum, publicam vocem, & famam, &c.

1. **P**hilippus Cateneus dum graui laterum dolore torquere-tur, eius misertus seruus Dei ad eum accurrit, & imposita super doloris locum parua S. Philippi Nerii iucuncula, facta q; super eum breui oratione, statim evanuit dolor, sanusq; effectus est, quod ille meritis d. & i serui Dei acceptum retulit.

2. **Q**uadam die cum infirmum quendam adeo grauiter ægrotantem, ut de eius salute iam desperatū fuisse, illiusset, hic illius meritis confisus, baculum, quo dictus Seruus Dei nitebatur, accepit, magnoq; affectu inter brachia cōplexus est, cumq; paruus per sic permansisset, continuo melius se habere sensit, nec multo post integrā sanitati restitutus fuit.

3. **H**ic idem cū post mortem dicti Seruui Dei, iterum grauiter ægrotaret, accepto quodam pileolo illius, motboq; applicans, faintatem consequutus est.

4 Hieronyma Riccia cum quadam indisposita one laborasset
ut requie nullo modo inuenire potuisset, quiddam vestimenti dicti
Serui Dei supra stomachum, ubi præcipue torquebatur, imposuit,
& statim recessit dolor, dieq; sequenti è lectulo surrexit.

5 Cūq; hoc cum quibusdā suis cōsanguineis cōculisset, accidit
et una illarum paulo post grauiissimo morbo corriperetur, quę cū
idem suo morbo applicasset, continuo sana effecta fuit.

6 Hoc idem accidit cuidam alia mulieri, quę cum grauiter
agrotasset, easdem Serui Dei reliquias, cum nonnullis alijs morbo
applicavit, & statim à doloribus, quibus afflitabatur, libera eusit.

7 Erat subtus fenestram cubiculi dieti Serui Dei Arbor quę
dam Citri, quę cum multis annis fronduisset, fructusq; attulisse-
set, iam exaruerat, cuius ille quasi misericordia motus, ter illa signo
Crucis benedixit, & ex tunc cępit iterum frondescere, fructusq;
reproducere, quod cernentes quidam ē nostris, & rei nouitate admirati, ipsum interrogarunt, quomodo res se habuerit, quibus hu-
militer, ac simpliciter respondit, quod quadam die post Missæ ce-
lebrationem illam benedixerit, & quod ex tunc iterum fronde-
scere cęperit.

Item ponit, & probare intendit, quod de præmissis omnibus, &
singulis, fuit, & erat, & est publica vox, & fama, communis opinio,
& vniuersalis credulitas, verum, publicum, & notorium.


AD MAIOREM DEI GLORIAM
*Z RIBELOTEN
LIBRARII
SANCTI MIERSKIEGO*


Pro instructione Iudicium tantum, & ad eos informandos; proq;
maiori commoditate formandi processum, & ad excipiendos
testes, possunt prædicti Articuli, prælo subiici; omnia subij-
ciendo Sanctæ Sedis Apostolicae determinationi, ac iudicio.
Neap. 5. Octob. 1644.

Io. Dominicus Aulifius Canon. Depnt. vidit.

IMPRIMATVR

Gregorius Peccerillus Vic. Gen.





11.

12.

13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.

21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28.
29.
30.

31.
32.
33.
34.
35.
36.
37.
38.
39.
40.

41.
42.
43.
44.
45.
46.
47.
48.
49.
50.

